

opportunam : que verba omnia meritò veniunt sigillatim consideranda : eo quod iuxta illa superiores ordinum Mendicantium possunt uti tali potestate, non solum quando necessarium est pro bono cōmuni & fide Indorum : sed quando necessarium non est, cum tamen expedit, vel sit opportunum, ut quando in particulari utile esset alicui ut evitetur peccata, & ut plus diligat ministros Euangelij & ut quiescius vitam agat cum coniuge. Quę cause non sufficerent ad utendum hac omnimoda potestate cum fratribus, vel alijs, q̄a vltra causam rationabilē quæ debet semper interuenire indispositionibus, regreditur, quod cedat in bonum Indorum direcione vel indirectione. Quod est maxime notandum propter multos Hispanos, qui cū sint ingrati bus ab Ecclesia prohibitis coniuncti, & vitā ducant inter huius terrę in colas, qui pacificè amplexantur Euangelium ad contrahendum dispensationem à prēlatis Ordinum extorquere conātur. Cum quibus nullo modo dispensandum est, nisi in Ordine ad bonum Indorum direcione, vel indirectione. Cum Indis vero non ita difficile dispēsat, nam prēsentī anno. 1599. dispēsatum est cum quodam Indo

Cle